 vltim<sup>o</sup> patet q<sup>o</sup> tm̄ duo sunt pcepta cari-  
 tatis. scilicet dei et p̄mi. vt sicut a duob<sup>o</sup>  
 missus est. sic respectu duorū esset missus  
 semel in terris. vt dicit **Johā. xx.** Accipite  
 spiritū sanctū. et semel in celis. Juxta illud  
**Actū. ij.** de q̄ habetur in epistola hodie/  
 na. **D** Circa tertū q<sup>o</sup> spiritū sanctus  
 missus est in quintuplici specie seu figura.  
 videlicet in specie ignis ardētis. lingue lo-  
 quētis. et colūbe volātis. sicut sup̄ christū  
 baptizatū. tonitruū tonātis. q̄a fact<sup>o</sup> est re-  
 pente de celo sonus sup̄ apostolos. et nu-  
 bis rotāt<sup>o</sup> sup̄ christū trāfigurātū. In spe-  
 cie ignis ardētis et lingue et tonitruū. ideo  
 sup̄ apostolos descendit q̄ntū eos poten-  
 tes faceret et claros. Inter enī oīa elemen-  
 ta nullū est ita actiuū. et hoc habet p̄ calozē  
 nullū ita clarum. et hoc p̄ splendore habet.  
 q̄a ergo vt dicit **Holgot** sup̄ libzū **Sapie**  
**cap. ix.** Apostoli poterūt dicere xpo cum  
 eos misit ad p̄dicandū in ascensioe. Domi-  
 ne quō nos relinqs et ad iudeos trāmits.  
 si verba tua falsa dixerunt. si miracula tua  
 demonib<sup>o</sup> ascripserūt. si tue sanctitat<sup>o</sup> ap-  
 parentiā in scandalū puerterunt. qd̄ inter  
 eos facere poterim<sup>o</sup> nos ignari q̄ habem<sup>o</sup>  
 parūā scientiā. nos infirmi q̄ habem<sup>o</sup> par-  
 uam potentā. nos realiter peccatores qui  
 habem<sup>o</sup> lesam p̄scientiā. nos nō repurati  
 q̄ nullā habem<sup>o</sup> in mūdo audientiā. et nos  
 aridi. q̄ nullam habem<sup>o</sup> celestis rosis ha-  
 bundantiā. Et ideo spiritū sanctū missus ē  
 p̄ oīib<sup>o</sup> istis vt reformator defectū. in lin-  
 guis dat<sup>o</sup> est q̄ntū ad oīniū scientiāz no-  
 ticiam. p̄ quod designat eloquētia vocis. q̄  
 multū est p̄dicatori necessaria. Non solū  
 enī doctor et p̄dicator debet docere elegā-  
 ter. sed etiā suauiter et delectabiliter. fm̄ **Au-**  
**gusti. iij.** de doctrina xp̄iana ca. ij. **S**ecūdo  
 in igne datus est q̄ntū ad relucentiā clari-  
 tatis. q̄ntū ad opoz et miraculozū operati-  
 onē. **U**n̄ apostoli claruerūt miraculozū si-  
 gnificat<sup>o</sup> et linguis **Actū. ij.** Per manū au-  
 tē apostolozū siebant signa et p̄dicia multa  
 Per primū autē habuerūt magnā scientiā  
 Per sc̄m magnā potentāz. **S**piritualitē  
 ignis iste in nobis significat caritatē. **De q̄**  
**Luce. xij.** Ignē veni mittere in terrā. et qd̄  
 volo nisi vt ardeat. **U**n̄ spū sanctus q̄ est  
 caritas patris et filij ideo in igne missus ē.  
 q̄a inter oīa elemēta ignis ē maior<sup>o</sup> acri-

nitatis. **S**ecūdo q̄a caritē tendit sursum. **T**er-  
 tio q̄a crescit in infinitū p̄ appositionē com-  
 bustibiliū. ij. de ania. **Q**uarto q̄a est forma  
 oīniū alioz elementoz. **S**ic fm̄ **Holgot**  
 super libzū **Sapie cap. xvi.** Inter omnes  
 virtutes caritas est magis actiua. **A**me-  
 enim dei fm̄ **Grego.** operatur magna sicut  
**S**ecūdo redit sursum. nam incipit a deo et  
 oīa ordinat in deū. et sicut ignis maxime  
 calefacit ad superius minus ad la<sup>o</sup>. et mi-  
 nime deorsum. **I**ta habens caritatē maxi-  
 me in deū. minus in sc̄pm et proximū. mi-  
 nimū habet ad corpus suū et mundū. **T**er-  
 tio caritas crescit in infinitū. **N**am bonis  
 operib<sup>o</sup> augetur nec finē habet augmētū in  
 p̄senti vitā. q̄a hic incipit in futuro nunq̄  
 terminatur. **Q**uarto est forma oīniū vir-  
 tutū. q̄a sine caritate nullus actus virtutū  
 est meritorius. **S**ed certe mirabile est q̄  
 hodie ignis iste fere extinctus est. ita vt  
 impleatur illud dictū christi **Matth. xxij.**  
 vbi dicit. q̄a refrigescet caritas multoꝝ  
**U**n̄ hodie potest dici illud **Sapie. xvi.** **I**gnis  
 sc̄z spiritū sancti et caritatis. virtutis  
 sue. id est potētie sue et actionis. oblitus est  
 nec mirū est. q̄a modo ignis peccatoꝝ tan-  
 tū est incensus. vt ignis spū sancti oīo non  
 possit habere virtutē suam. **S**icut enī dicit  
**Salomon.** fm̄ ligna silue exardescet ig-  
 nis. **U**n̄ quāto ignis habet materiā ligno-  
 rū magis sicca. tanto facilius exeret vir-  
 tutem et actionē suā. et per oppositū de ma-  
 teria cruda et humida que resistit actioni  
 ignis. interdū tantū q̄ etiā eum totalitē ex-  
 tinguit. **S**ic est hodie in mūdo. ignis spū  
 sancti habet materiā crudā. quia cor-  
 da hominū humore voluptatis et carnali-  
 tatis madidata. **P̄s.** Intrauerūt aque vsq̄  
 us ad animā meā. et ideo ignis spiritū san-  
 cti refrigescit et extinguit. **I**gnis autē pec-  
 cati et culpe inuenit corda humana sibi de-  
 ne aprata arefacta et epiccata ab omni hu-  
 more gratie. q̄a aruit tanq̄ resta s̄ris mea  
**P̄s.** Et semē natū in corde aruit q̄a nō ha-  
 buit humore gratie. **Luce. viij.** **I**deo bene  
 incensus ardet et cōsumit corda peccatoꝝ  
**Job. xxij.** **I**gnis est vsq̄ ad cōsummatiō-  
 nē deuorans. **Et Eccl. ij.** **C**ocupiscentia q̄  
 ignis exardescet. **A**d tantū autē inflāma-  
 tus est vt etiā cōsumat iam speciosa defert  
 ti. hoc est. non solum ardet ignis carnalis  
 cupiscentie. aut auaricie in simplicibus.

*Op. H. H. missus i. 7. quintuplici*

*fm̄ August*

20

## In die penthecostes

Sed etiam in doctis et platis maioribus eo quod succedit ignis auaricie et non viderunt sole. Omnes enim a maiore usque ad minores student auaricie. Inde est quod hodie non appareret ignis diuini in specie lingue loquentis veritate efficaciter. Quia omnes canes muti facti sunt non valentes latrare. lingue namque apostolorum clauces celi facte sunt. **Joh. xx.** Sed nostre facie sunt porte inferni. Quia lingue nostre transferuntur in terram non celestia sed terrena cogitantes. nec apparet hodie ignis diuinus in specie ignis lucentis. propter quod non lucet lumen nostrum coram hominibus per exemplum boni ostensionem. Sed potius descendit fatiosa et fumans fumum scandalum pnicium ofum et fetidum. Tertio descendit spiritus sanctus in specie columbe volantis. propter simplicitatem innocentiam et patientiam. **Mat. x.** Estote prudentes sicut serpentes. et simplices sicut columbe. Et ista tria data sunt apostolis contra tres defectus. Nam apostoli predicare debuerunt principibus. qui fidei impugnant per potentiam. Item philosophis qui impugnant per sapientiam. Tertio populis rudibus et diuersis qui apostolos non intelligebant propter idiomatis differentiam. Dedit ergo christus spiritus sanctus apostolis secundum **Dolgor** super librum **Sap. ca. ix.** in specie columbe ut vincerent per patientiam. dedit in specie lingue ut informaret per sapientiam et idiomatis differentiam. in specie ignis ut lucerent per miraculorum euidenciam. et ut purgarent mentes hominum sicut ignis aurum per fidei potentiam. **Actu. xv.** Fide purificans corda eorum. Quarto datus est in specie tonitru tonantis. eo quod factus est repente de celo sonus. ad significandum quod spiritus sanctus datur virtutem implendi precepta. quia sonus facit audire. et per consequens obedire preceptis. quod bene apparuit in apostolis. **Un** dicit de petro quod tantum habuit virtutes in predicatione ut vna die tria milia ad ipsum vocem tantum tonitruum magni conuerterent. Dicit autem **Albertus** in libro de proprietatibus rerum. quod tonitruum cum defecit in fulmine tunc magis ledit et multum obest. sed si cum choruscatione et sine fulmine tunc bene predest. Sic est de modernis predicatoribus et platis. Si enim tonarent. id est dicerent cum choruscatione. id est cum luce bone vite. vere multum prodesse sicut apostoli. Sed quia tonant cum fulmine tamen increpationis dure et sine choruscatione bone vite. id

magis nocent. De quibus verum est illud **Barth. xxiiij.** Dicunt enim et non faciunt. quod di. fulminant et non choruscant. imo quod deterritus est aliquid eorum coruscant. Quia datus est spiritus sanctus in specie nubis rosatis. sicut super christum transfiguratum ad ostendendum quod mentes spiritus sancto afflate irrigantur rose supne benedictionis. **Sen. xxviiij.** Det tibi deus rose celi et de pinguedine terre habundantiam. **Ex** his colligo breuiter istud documentum quod nemo homo non possit certitudinaliter experiri se habere spiritus sanctus sicut nec potest scire se habere caritatem. **Eccl. x.** Nescit homo verum gratia an odio dignus sit. quibus tamen signa potest habere secundum que verisimiliter potest coniecturare spiritus sanctum se habere per gratiam. et accipiunt ista quinque signa secundum supradictas figuras in quibus apparuit spiritus sanctus. Apparuit in specie nubis super christum transfiguratum. et significat habundantiam lacrimarum de nube cordis descendente. In signum huius spiritus sanctus ferebat super aquas. **Ps.** Flauit spiritus tuus et fluunt aque. Qui ergo libenter plozat per peccatis. signum est doni spiritus sancti et emanetis. Secundum signum dimissio iniuriarum. quod significatur per columbam que felle caret. et ideo ira caret. quando ergo se homo promptum inuenit et benignum ad remittendum iniuriam sibi factam. euidens est signum quod habet spiritus sanctum. cum quo nullum odium stare potest cum sit amor. Tertium signum est desiderium supernorum. ideo spiritus sanctus apparuit in specie ignis. Sicut ignis naturaliter tendit sursum et se celo conuigit. ita spiritus sanctus corda illorum quos accedit sursum eleuare terrena fastidiat et celestia desiderant. **Ezechiel. viij.** Eleuauit me spiritus inter celum et terram. Et bene dicit inter celum non in celum. et inter terram non in terram. quia in celo sunt omnia beati. in terra auari. ideo medium debent tenere electi. nunc celum contemplan-do per desiderium. nunc in terra proximorum utilitatem seruando per pietatis officium. Sic moyses nunc ascendebat in montem ad loquendum cum domino. nunc descendebat populum gubernaturus sub monte ut dicitur **Exo.** Et christus nunc ascendit cum discipulis in montem. nunc descendebat ad turbas sub monte. **Barth. v.** Et quo infero quod desertis vite contemplatiue et actiue. magnum habet donum spiritus sancti. Quartum signum est obedientia

preceptorum quod significat per sonum toni-  
trui. quod obedire facit. de hoc sepe dictum est  
hic. Quintum refrigerium tribulationum. unde  
quando homo in tribulationibus gaudet. si-  
gnum est quod habet spiritum sanctum. quod habet qui-  
roris refrigerium. ne sterilitate tribulatio-  
num terra cordis sui consumatur. *Ecclesiasticus. lxxviii.*  
Nonne ardore refrigerabit ros. Unde petit  
ecclesia. Sanctus spiritus corda nostra mundet  
infusio. et sui rosis intima aspersio fecun-  
det. In signum huius datur apparuit in nube  
An autem iste figure et species spiritus ignis  
columba et alia fuerit res vel tantum appa-  
retes. Dicit *Thom. in. iiij. parte. q. xlii. arti. vii.*  
Quod fuerunt vere res ministerio angelorum  
facte. que expleto officio suo redierunt in  
priorem materiam. *secundum Augustinum. in lib. de ago-  
ne christiano. quod non decet spiritum sanctum fallaciter  
apparere. Sed an eis fuit unitus spiritus san-  
ctus in unitate persone sicut natura huma-  
na coniuncta est filio dei. Dicendum quod non. sed  
tamen per illas figuras visibiles monstrata est spi-  
ritualis et interior missio seu donatio spiri-  
tus sancti. Unde nec ille res. scilicet columba et alie  
fuerunt beatificatae sicut humana natura in  
christo. *secundum magister in primo sententiarum. di. xviij. Sed  
quare hodie non fiunt hominibus visibiles appa-  
ritions. Ratione quod iam ducti sumus ad fide-  
m. Unde sicut cessauerunt miracula. ita et mis-  
sio visibilis. Unde dicit Thom. super. i. sententiarum  
di. xviij. Quod talem missionem visibilem requi-  
runt tria. Primo tempus oportunitas. quod non  
fuit in veteri testamento. quod nondum venerat  
plenitudo temporis. *secundum Gal. iij. Secundo requiritur gra-  
tie plenitudo. que non fuit nisi in christo. in si-  
gnum cuius missio visibiliter spiritum sanctum. sic  
hospes qui habet abundantiam vini per se et  
alios tunc exponit visibilem circulum. alio non.*  
Tertio requiritur ecclesie necessitas. et non solum  
debet fieri in primitiva ecclesia ad fidei per-  
bationem. Unde patet ex his quod non fuit placitum  
non debet fieri visibilis missio. quia cum fi-  
des sit satis confirmata non indiget tali mis-  
sione visibili. sed potius invisibili. *Propter  
autem invisibiliter quatuor personis. Primo ex  
istentibus in puritate et mundicia. quod secundum apostolum  
LORDA munda templum sunt. *secundum I. Secundo existē-  
tibus in statu libertatis et misericordie. quod ubi spi-  
ritus domini ibi libertas. Tertio existentibus  
in statu humilitatis et obedientie. *Isaie. Super  
humilem requiescet spiritus meus. Quarto ex-  
istentibus in statu amaritudinis et penitentie*****

*Ezech. iij. Abi amar? in indignatione spi-  
ritus mei. Spiritus domini mecum erat fortis  
me. Fuit etiam missus quatuor vicibus per christi  
passionem. Primo discipulis orantibus. *ut  
hodie. Secundo illis quibus manus imponeret  
apostolus ut *Actu. viij. Tertio predicatione deuo-  
te audientibus. Unde *Actu. r. Cecidit spiritus  
sanctus super omnes qui audierunt. *Quar-  
to sacramentum baptismi suscipientibus. Si-  
cut pater cum apollo esset corinthi. De tem-  
pore vero missionis sciendum quod missus est. die  
post resurrectionem *Lu. xli. Sicut enim. l.  
die post educationem in deorum de egypto delin-  
dit dominus in monte synai. ita christus eductus  
aniam de inferno misit spiritum sanctum in me-  
tem ipsorum. Dies vero missionis fuit quinta.  
qua die etiam creditus natus et resurrexit et mi-  
serum creavit ac angelos in beatitudine con-  
firmavit. ita apostolos recreavit et per gratiam con-  
firmavit. *Horum vero fuit tertia ut per *Actu.  
ii. Illa hora christus eiecit de civitate  
bauians sibi crucem. Unde eadem hora voluit  
reddere bona per malis. Secundo ad significan-  
dum per hoc lege gratie que est tertia. Nam  
prima fuit nature. Secunda scripta. Tertia  
gratie que tunc incepit. Tertio ad signifi-  
candum quod spiritus sanctus est persona tertia in  
trinitate. *Locus missionis fuit civitas ieru-  
salem. que interpretatur visio pacis. quia  
non nisi pacificus datur spiritus sanctus. Beati-  
pacificus quoniam filii dei vocantur *Mat-  
th. v.**********

**Dixi tertio** quod in verbis premi-  
sis ostendit saluato-  
fructum missionis spiritus sancti virtutem et ef-  
ficacem et sufficientiam virtutali. cum dicitur.  
Docebit vos omnia. Nunquam apparuit do-  
ctor tantus qui in omni facultate posset do-  
cere expedite eo quod omnium habere memori-  
am et notitiam et in nullo deficere potest. *est  
unitatis quod humanitatis. ut dicit *Lodice  
de veteri iure enucleando. lege prima. et etiam  
quia omnia nemo habere potest. inquit *ibidem.  
Sed spiritus sanctus disponit omnia suauiter  
ut dicit *Sap. viij. Et etiam replevit orbem  
terrarum. et hoc quod continet omnia scientia habet  
vocis. ut dicit *Sap. i. Ideo docebit vos  
omnia. Est et sufficientissimus doctor. *Job.  
ij. Unctio docet vos de omnibus. Interlinea-  
ris. de omnibus tenetis. Dicit autem *ss. vinctio  
secundum *Blo. ordi. quod sacramentum eius consistit  
in unctio visibili. vel dicit unctio carnis.********

## In die penthecostes

que diffusa ē in cordibz nris p spūscm qui  
docet ē nobis. q̄ ad obseruāda mandata  
cor q̄d implet inflāmar. Dec glofa. Dic est  
doctor q̄ mentes hoim illuminat et veritatē  
ōndit. in q̄t Linconicēsis sup pmo postero  
rū. **U**n dicit glofa ordi. sup locū. j. **Joh. ij.**  
pmo allegari. Nemo docētū tribuat qd̄ ex  
ore docentis intelligit. qz nisi in<sup>o</sup> sit q̄ do  
ceat. lingua doctoris exteri<sup>o</sup> inuanū labo  
rar. De generali doctrina huius mgrī dic  
**Sapiens.** Ipe enī dedit mihi hoz q̄ sunt  
sciētā verā. vt scāā dispositione orbis ter  
rarū. et virtutes elementoz. incitiū et p̄suma  
tionē et medietatē tpm. vicissitudinū p̄mu  
tatōs p̄suarōes tpm. mox imitarōes et di  
uisionē tpm. āni cursus et stellaz dispositio  
nes. naturas bestiaz. vim venoz. et cogita  
tiones hoim. differentiā virgultoz et virtu  
tes radicū et q̄cunq; sunt absconfa et impro  
uisa didici. **O**mnīū enī artifex docuit me  
sapiētā **Sap. vij.** Docet autē spūscm  
domies scire tria q̄ sunt multū ad salutes  
necessaria. videlicet flagicioz turpitudinē  
que p̄petrauim<sup>o</sup>. beneficioz multitudinē  
que repositauim<sup>o</sup>. supplicioz magnitudinē  
que meruimus. **P**rima igit scia quā docet  
spūscm hoim et q̄ nobis ē necessaria ad  
salutē est flagicioz turpitudō q̄ p̄petraui  
mus. vt illa discutiā<sup>o</sup>. nosmetipos parui  
pendam<sup>o</sup>. et nō supbiamus. **D**icit. ij. **A**rgu  
et te malicia tua et auersio tua increpabit te  
**S**icō et vide qz malū et amarū est reliq̄sse  
te dñm deū tuū. **S**ed certe multi hñt dese  
ctum sciētie hui<sup>o</sup> q̄ sunt prudētes in dese  
ctibz alioz ponderādis et circa seipos ne  
gligentes. **L**etra q̄s **Bern.** in li. suaz me  
ditationū. **M**ulti multa sciūt et seipos ne  
sciūt. **A**lios inspicūt et seipos deserunt.  
**I**deo signāter dicit spūscm per aplm. j.  
**Thessa. iij.** **S**ciat vnusq; vas suū. nō a  
lienū possidēre in sanctificatione et honore  
**S**cdō spūscm docet p̄siderationē beneficio  
rū q̄ repositauim<sup>o</sup>. inter q̄ primum est crea  
tio. **S**in oim creaturarū sub prāte nra sub  
iectio. **T**ertiuū redēptio in q̄ se nobis qdā  
modo filius dei subiecit. **Coz. xv.** **F**ili<sup>o</sup>  
ere subiectus ei q̄ subiecit ei omnia. **T**ertio  
spūscm docet p̄siderationē supplicioz q̄  
meruimus. **E**t certe multa sunt supplicia  
penalia in inferno. q̄ si p̄siderarem<sup>o</sup> a mul  
tis peccatis cauērem<sup>o</sup>. **P**onunt autē breui  
ter in bis versibz. **S**itis esturics frig<sup>o</sup> igl

nis fetoz et horroz. **T**enebre d̄sperāt vincti  
vermesq; rodentes. **D**e ista scia d̄z in **Ps.**  
**C**onuertant̄ pctōres in infernū scz p̄ cōsi  
derationē. omnes gentes. i. gentiliteryuēn  
tes q̄ obliuiscunt̄ deū. scz iustū vltorē in  
ferno. **E**t sequitur. **S**ciant gentes qm̄ ho  
mines sunt scz mortales et puniēdi si delin  
quunt. **S**ed certe multi sunt q̄ hanc sciaz  
tantū doctoris nō aduertūt admittentes  
pot<sup>o</sup> sciētā spūs immūdi. p̄ scia spūscm  
et p̄ consilio spūs benigni accipiūt p̄silium  
spiritus maligni. p̄ silio spiritū veritatis  
recipiunt p̄silium; spūs erroris. p̄ doctrina  
spiritus p̄solatiōis accipiunt doctrinā spi  
ritus d̄speratiōis et p̄perue desolationis.  
**S**ed vt talibz discipulis talē mgrī spiri  
tum malū hñtibz q̄ agit eos p̄nuē sicut  
saul. j. **Reg. xvi.** trahendo de pctō in pctm̄.  
et tandē impellēdo in infernū. **I**deo sequa  
mur diligētē doctrinā doctoris botti spi  
ritus sancti q̄ nos ducet p̄ viam rectā in vi  
ta p̄senti et tandem in vitā eternam.

In die penthecostes. III.  
Sermo LXXVI.

### Non turbetur cor

**N**on turbetur cor vestrum neq; formidet **Joh. xiiij.**  
**I**n verbis istis tria tangunt. **P**ri  
mo r̄ps animarū discipulos ad patiendum  
viriliter mundi tribulatiōes. dicens. **N**ō  
turbetur. **S**cdō amonet eos dē ad creden  
dum veraciter dei reuelationes. qz credit<sup>o</sup>  
in deum et i me credere. **T**ertio promittit  
eis dem fideliter dandas eternas retribu  
tiones in domo p̄ris. **A** **C**irca p̄mu  
dicit. **N**on turbetur cor vestrum. scz p̄ turbaci  
ones seculi q̄ mortē operantur. **Coz. vij.**  
**N**on turbetur de p̄ntibz malis. neq; formi  
det. de futuris. vtputa de morte eis immi  
nente futura et xpo passuro p̄p̄nti. **C**irca  
qd̄ sciendū q̄ fm̄ **Rober.** **H**olgor super il  
lud **Sap.** **D**ocet est discipline dei. **D**isci  
plina dei est nobis in hac vita necessaria.  
iuxta illud **Sap. iij.** **S**apiētā et discipli  
nā q̄ abiat infelix est. ideo potius est gau  
dēdū de h̄mōi disciplina q̄ turbandū. et p̄  
p̄ter tres rationes. et hoc fm̄ ip̄m. **Q**uan  
tumcunq; enī disciplina dei q̄ p̄sistit in tri  
bulationibz huius mundi sit dura. nihil o  
minus est patientē sustinēda fm̄ ip̄m. **P**ri  
mo p̄pter castigantis dilectionē. **S**cdō p̄  
pter peccantis correctionem. **T**ertio p̄pter

temprantis deiectione. **P**rimo, propter castigantem dilectionem. Ille enim qui castigat pro nostro est amicus et redemptor. **Heb. xii.** Quis est filius cui non corripit propter. **Q**ui si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, scilicet amici dei, sed adulteri et non filii estis. **D**ocet pater in misericordia christi in discipulis suis, qui filii dei dicuntur. Non esset magnus si homo recipet ictus pro amore amici qui pro eo fuisset acerrime vulneratus. **Christus autem non solum vulneratus est pro nobis, sed et crucifixus et occisus. Isa. liii.** Vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus propter scelera nostra. **D**isciplinam patris nonne debemus? **Heb. xii.** Filii mihi noli negligere disciplinam domini tui, neque fatigeris dum ab eo argueris. **Dicit Hieronymus libro suo de lapidibus ca. xix.** Si maritus ponet sub capite tuorum dormientis magnetem, experiri poterit an sit adultera vel fidelis, quia si adultera, cadit statim ex lecto, ac si manu bovis excussa. **S**i si delis conversa ad maritum amplectat eum. **S**ic anima humana sponsa dei. **Os. ii.** Sponsa bone mibi in fide, postquam habet sub capite sue ducere ceruicis magnetem tribulationis, si est fidelis convertetur ad dominum per gratiarum actiones et humiliationem orationis et deuotionem, dices illud **Roma. viii.** Quis nos separabit a deo? **S**i adultera, cadit de lecto conscientie, per impatientiam et remurmurationem contra deum. **S**uperponitur autem iste lapis in dormiendo, id est quando homo ad maiorem tranquillitatem statum per uersionem se disponit, tunc deus sibi tribulationes et disciplinam immittit iniurie. **Job. xxxiiij.** Quando irruit sopor super homines et dormiunt in lectulo, tunc aperit aures uirorum et erudiens eos instruit disciplina. **N**on est sepe tribulatio aperit quos mundi prosperitas claudit. **E**t quo infero quod signum diuine dilectionis alicuius hominis, est patiens per pestem tribulationis. **U**nus **Aug.** in quodam sermone. Nullus seruus christi sine tribulatione est. **S**i putas te non habere peccata, non dum cepisti esse christianus. **U**nde **Hieronymus** super illud in glo. ordi. **Job.** Aliquid homo dei comparatione iustificabitur aut factore suo purior erit uir, dicit. Purior se factore suo uir estimat si contra flagellum que relas portat. **E**t debet scire quia impie non affligit qui ex nihilo fecit, et conditor nature non est iniquus iudex culpe. **D**ecille.

**Hieronymus** super illud **Job. iii.** **U**elut super me indignatio tua, in glo. interlineari. **Q**uamuis in loco quolibet positi cogitando, loquendo et agendo peccamus, tunc tamen per tria hec animus effrenatus rapit cum mundi prosperitate subleuatur, sancti autem uiri cogunt ad considerandum gloriam suam reprimunt, linguam ab immoderata locutione restringunt, opus ab iniquitatis captione custodiunt, et tamen super hec omnia flagella sustinent in hac uita. **U**nius ratio secundum **Hieronymum** in glosa ordinaria, redditur. **S**i beatus bona agentes flagellatur pater ut purgetur, quia nostra perfectio culpa non caret. **U**nde ad dicitur. **E**t uenit super me indignatio. **L**osideret ergo quisque que pena manet in iniquos, si ita hic castigat iustos. **D**ecille. **E**t **Hieronymus** super illud in glo. ordinaria. **T**esta sanctorum debet. **I**deo premittitur ut gloriolam remuneretur. **E**t ostenditur quid expectet iniquus cum sic premittitur qui ad audire laudatur. **D**ecille. **S**ecundo tribulationes sunt patienter sustinende propter peccantis correctionem. **P**s. **D**isciplinam tuam corripit me in fine, et disciplina tua ipsa me docebit. **U**nde **Petrus** **Rauennensis** in quodam epistola. **I**deo te forte punit temporalius deus, ut eterne mortis ardores pena temporalis redimat. **I**n edificatione templi prius omnes lapides malleis tundebantur, ne in illorum positione sonus ualidus audiretur, nec in horreo dei reponantur granum, donec flagellis tritum aut pedibus sit excussum. **U**nde ad **Hebr. xii.** dicitur. **O**mnis disciplina in presentia non uidetur gaudij esse sed meroris, postea autem fructum pacatissimi exercitatus per eam reddet iusticie. **E**t **Hieronymus** dicit. **I**deo dominus quibusdam hic percutit ut eos imperpetuum puniat, ideo autem hic ferit ut in eternum percutat. **D**ulcium debet nos armare ad tolerandum tribulationes et temptationes diuine pietatis dispensatio que hostem permittit et retinet, laxat et refrenat, alia ad remptandum dat, sed ab alijs relegat. **D**ola enim cum multis eueniunt, misericordia conditoris et speciali gratia dispensat, ut que coarctata uata perirent, possent diuina tolerari. **G**losa interlinea, super illud **Job.** **E**cce uersa que habet in manu tua sunt, cum iusticia ne extendas manum tuam. **I**te **Hieronymus** super illud **Job.** **S**agitte domini in me sunt, quia



Indignatio ebibit spiritum meum. i. destruit. ff. solatio. Sagitte dei spiritum hominis ebibit cum sine supina adversio mentis ab elatione copescit. Justo enim mens non solum propter quod tolerat. sed etiam pauer quod restat. videt quia in hac vita patitur. metuit ne post hanc vitam graviora patiat. Jam si sententiam tolerat in pena. sed minas adhuc venturi iudicis formidat ex culpa. Dec ille. Item super illud Job. Que manus tangere nolebat anima mea. Consideras quod perdidit. nunc per angustias tibi mei sunt. Interlineat. i. pro desiderio eternitatis. Ubi Greg. Aucto desiderio celestium angustias et per illis amara seculi non metuit. quod dicitur mala seculi iam sunt dulces tibi pro amore celi. Et cum hec sunt dulcia. quis det ut veniat petitio mea. ut quod cepit ipse me coterat. Qui per flagella deo appropinquare desiderat dicit. Qui cepit ipse me coterat. quod aliqui deus incipit pertritione vicioz. et in ipso initio homo extollit. et sic hostis excussus quod minor assumptione spiritibus alijs surripit et virtutes coterit. Ideo subdit. Soluat manus suas. i. exerceat effectum. Dum enim inflatis longa prosperitate superbis amore suum per flagella exerceat quasi manus suas ad feriendam vicia ligata tenet. et succidat me. Cum enim dolor vel temperatio nos percutit elatio mentis succisa cadit ut iam gratiam manus levans. unde subdit Et beatus mihi solatio ut affliges me dolore non parcat. quod dicitur. Quibusdam hanc parcat ut in eternum feriat. sed me hanc feriat non parcens quod est mihi solatio. Timet enim hanc sibi parcat. Ad idem Hiero. ibidem. Electi dum se propter transillatam non erunt si percutat inveniunt quod per illicitis nulla adversa pressi sunt in formidine tabescunt. pauore estuunt. suspirio malis agitati laborant. Acti aperte dicere. Dic quidem parcat ut in perpetuum feriat. et non parcendo in perpetuum saluet. Ex afflictione enim consoloz quod ad spem salutis ex vulnere certus reddoz. Dec ille. Ibidem Hiero. Aliqui adversari. aliqui nos percutit deus. Ex contritione adversarij. a virtute deficiamus. Ex pertritione dei. in virtute laboramus. Item Greg. ubi super. Sagitte. i. percussio dei que non me ut multos in emendatos dimittit. sed ebibit spiritum. i. elatione copescit. ut dicam. defecit spiritus meus. et non solum gemo quod patior sed et tunc quod minaris. et hoc quod dicitur. Terrores domini militant contra me. ne post hec mors eterna sequat. Dec

Gregorius. Item Hieronymus super illud Job. Nec fortitudo lapidum fortitudo mea est. nec caro mea enca est. Interlineat. Erac lapidibus. insensibilium hominum corda significantur. que sepe et super nos icrus accipiunt. et tamen nisi percussione mollescunt. Quo contra de electis per prophetam dicitur. Tollam vobis cor lapideum et dabo carneum. Grego. in glosa ordinaria. Lapidem percussit clarum sonum non reddunt. quod facit es. Sed quia lapis vita caret sensum in sonitu non habet. sic aliqui sunt ita duri ut etiam percussio sonum non reddunt humilis confessionis. Alii vero reddunt sed non ex corde. et ita non sentiunt bona que loquuntur. Item Hieronymus ibidem. Reproborum mens quia solum presentia diligit plerumque aliena tanto exilit a verberare quanto post exteriora remanet durabilitate. Ex quibus omnibus infero quod tribulationes temporales non solum sunt patienter sustinent. sed etiam amanter perferende. patet. quia totaliter cedunt ad nostrum commodum et utilitatem salutis. que est nobis desideratissima. Ex quibus ulterius sequitur quod hi per quos deus nos tribulatur se a nobis amandi. Matthei. v. Diligite inimicos vestros. quasi dei. Diligite eos per quos salvamini.

Tertio tribulationes sunt sustinende propter deiectionem temptantis. Prostermitur namque caro mundus et demones per eas. Unde contra temptationem carnis solent sancti sub ipsa disciplinam infligere. sicut Gregorius dicit. in dialogo. ca. ij. de beato Benedicto quod cum de quadam muliere quam prius viderat temptaretur. eruit in dumento. nudum se spinarum aculeis et veriticarum incendiis proiecit. Mundus etiam devincitur per hoc quod quanto homini magis adversa succedunt in eo tanto minus curatur ab eo. Unde Augustinus in libro confessionum. regrariatur deo quod omnes delectationes suas multis amaritudinibus resperserat. De mox devincit quoniam et prospera spernunt. quod speris laqueos et reticulos evadimus. Item nota quod turbatio est multiplex. Prima laudabilis. que est per peccatum proprio. Isa. xxxij. Obstupescite opulente et conturbemini. Secunda et primorum compassione Job. xxxij. De molliuit cor meum. et omnes vires conturbavit.

me. Sic helizus turbatus erat et fleuit videns mala que factura erat Azabel. iij. Reg. viij. Tertio ex gre subtractio. ut ille qui prius dixerat. Ego autem dixi in habundantia mea non mouebo in eternum. Gratim dicit. Auertisti faciem tuam. et factus sum turbatus. Secunda turbatio est pmissibilis. sicut est turbatio similitudinis in vita actiua. Lu. x. Martha turbata est erga plura. Dicitur. Turbati sunt per sollicitudinem. desistere non potuerunt. Quia et maria turbata est in furore angeli audiens quod puer generaret. Lu. i. Tertia turbatio est prohibitiua. que est impatiencie de qua hic ammonemur. Non turbes cor vestrum. Et propter plura. Primo dicitur exemplo Aug. Deuotus miles etc. Secundo in gratia confortant. sicut olla plena ad ignem non crepat. Tertio sacra scriptura. Ps. Parasti in conspectu meo etc. Quarto dei obedientiam. qua sic precepit. Math. xxij. Videte ne turbemini. Quinto preceptione in superioribus. i. Cor. xij. Sicut habundant passionibus sicut solationibus. Item turbatio puenit ex multis causis. Primo ex indiscrete plarum preceptione. sicut de saule qui interpretatur abutens. i. Reg. xij. Turbauit pater meus terram. Sed Aplos dicit. i. Cor. xli. Potestates dedit mihi deus edificare non destruere. Colof. iij. Patres nolite ad iracundiam per uocare filios. Secundo ex subiectione deordinacione. Sunt enim quidam verbosi. de quibus Act. xxij. Homo iracundus incedit in litem. et uir peccator conturbabit amicos. Alij inobedientes. Unde achab ad heliam. Tu nec es qui conturbas israel. Respondit helias. Non ego sed tu et domus patris tui que dereliquisti mandata dei et secuti estis baalim. iij. Reg. xvij. Tertij sunt priuarij. Quia. Paral. ij. dicit de Achaz. Turbauit israel et peccauit in furto anathematis. Quartij sunt discordes. seditiosi. sic dixit iacob ad simeonem et leui. Turbasti me et odiosum fecisti chanaanem. Gen. xxxij. Non conturbet cor vestrum. quia tribulationes leues et breues. Et tunc de primo.

**Dixi secundo** quod saluator nos ad credendum ueraciter diuinas reuelaciones amonet. cum dicit. Credite in deum super premissa. et in me credite. sicut ex sequenti. secundum Augustinum. Et bene post exhortationem ad tribulationes patienter preferendas. subdit de fide que est quasi remedium tribulationum.

Per fide namque illuminat et purgat oculum mentis ut clare aspiciat fructum tribulationum. qui facti libenter tolerabunt. Act. xv. Fide purificans corda eorum. Tunc dicit Hieronymus. Fides clarificat picula ut appareat que in tribulatione latebat. Circa quod sciendum quod tres sunt vires que remediunt amaritudines turbationum. Prima est spes. secunda fides. tertia caritas. De spe per triplicem. Nam ipsa est remedium triplicis piculi. Primo imminet tempore in statu tribulationis. accideret necessitate corporalis dissolutionis. et superuenire plerumque criminali desperationis. Primo si deus est remedium imminet tempore tribulationis. tunc enim maxime debemus sperare de dei misericordia affutura. Ps. Quia in me sperauit liberabo eum. Exemplum de hoc in vita sancti Martini que nunquam fuit securior nisi quando incidit in latrones inter alios videlicet in latrone securum super caput eius vibrabat. sciens misericorditer de deum in reparatione affurum. Sed maxima cautela militum antiquorum fuit omnia que videbantur terribilia et bone spei contraria ad providentiam interpretari. sicut narrat seculus iulius stragematum li. i. c. i. Tunc cum Scipio africanus ex italia in affricam exercitum traduxit et ipse de nauis deberet descendere. cecidit super terram. Consideras igitur milites attonitos de casu. ipsum lapsus materia spei fert. Audi te in quibus milites. affricam oppessi. Cosmum cesar Iulius cum nauis ascendere deberet. cecidit in terram. et militibus osternas dicit. Teneo in quibus te terra et mare. quod nec sic recedo quam ad te redibo. et sic verbo illo milites sperare fecit se in terram propria reditur. Item strictiorius dicit quod ad militum cum equis scuta equorumque peccora cruenta subito prodigia apparuissent. et milites inde osternerent. Quia creora in quibus nobis permittit. iste partes non proprio sed hostili cruore solent aspergi. Item garrimudus thebanus. cum fax de celo nocte fuisset delapsa. et eos qui tunc secum erant terramisset metum conceptum sic fugauerunt. Lu. mina numina ostendunt. quod dicit. Dominus nobis militum lumem ut animam. Iste modo viri sancti in ista omnia terribilia que eis accidunt. vel malorum per seculacione seu mundana mutacione vel corporis infirmitate interpretantur in bonum. Et quanto maior materia timoris incutitur. tanto seruentior eorum spes erigit. ut patet illud Job. xij. Etiam si occiderit me in eum sperabo. Secundo sperare debemus. providentiam

## In die penthe.

accidente necessitate corporalis dissolutionis  
prouer. xiiij. Spera iust? i morte sua Et  
sicut docet Arist. in lib. de pomis z morte.  
Non est phi timere morte sed magis gau-  
dere z bone spei esse imminente morte. Et s  
declarat duabz rōnibz. Prima q̄rendo ab  
eis. Creditis inq̄t q̄ est differētia iter ho-  
minū z bestia. Credim? inquit. Et an q̄  
inquit v̄tate z rectitudine mereat gradus  
alios. Et r̄derūt. credim? inquit.  
Quibz ille. Si sic. q̄ ex q̄ nō in p̄nti veniūt  
illa p̄mia q̄ recē dant opoztet q̄ i alia v̄ta.  
qd̄ si sic. igit̄ aia n̄ d̄z timere morte. Sc̄da  
ratio. Creditis inq̄t q̄ mors nō est nisi sepa-  
ratio anie a corpore. z r̄derūt q̄ sic. Quibz il-  
le. Et q̄ sic. cū corpus sit semp̄ p̄trariū aie.  
igit̄ nō debent dolere de recessu aie a cor-  
pore. qd̄ est p̄trariū sue p̄fectioni z delecta-  
tioni. Sic deberet facere q̄libet xp̄ian? vt  
nō turbet sed gaudeat exire de carcere h̄  
corpore. di. cū aplo. Infelix ego hō q̄s meli-  
berabit. In signuz hui? legit de Aristot. q̄  
facile moruus est. Tertio sperare de  
bemus supueniente p̄plexitate criminali  
desperatiōis. Eccl. iij. Scitote qz null? spe-  
rauit in dño z p̄sultus est. Dicit Iocras i  
amphorismis. Desipientie cū r̄itu facte se-  
curiores sunt q̄ cū tristitia facte. qz de p̄-  
mis est spes cure. sed nō de sc̄dis. Sic pec-  
cator cū adhuc sperat de deo facile penite-  
bit. iura illud. Spera q̄ metuit. moritu-  
ros viuere vidi. Spe duce. victuros spe  
moriēte mori. Un̄ B̄r. in smone. Tu es  
dñe spes mea. Quicqd̄ agēdus q̄cqd̄ decli-  
nandū q̄cqd̄ tolerandū q̄cqd̄ oprandū. tu  
es dñe spes mea. Nec vero vna oim̄ p̄mis-  
sionū causa. **E** Sc̄do fide remediānt  
tribulatiōes. Un̄ d̄r Deb. xj. Sancti p̄ fi-  
de vicerūt regna. obturauerūt ora leonuz.  
fortes facti sunt in bello. p̄bati sunt. rēpra-  
ta sunt. Regna dicit tā carnis mūdiz dia-  
boli. iō xps̄ dicit. Creditis in deū z i me cre-  
dite. q̄ d. Si vincere tribulatiōes cupitis  
necesse ē vt in me fide rectaz habeatis. Et  
notant dicit in me credite. non me. nec de  
me. Hā demones etiā credūt deū z deo. qz  
credunt eū esse punitōrē maloz. Sed cre-  
dite in me. s. amādo me. z bonis opibz eun-  
do in me. que est fides informata caritate.  
Talis autē fides vtilis est ad q̄ncz. Primo  
ad p̄ccōz remissionē Actu. x. Duce oim̄s p̄-  
p̄ccōz remissionū p̄hibent remissionē pec-

catōrū accipe p̄ nomē eius. Sc̄do fides est  
vtilis ad demonū p̄fusione. Bar. vi. Si-  
gna eos q̄ crediderint hec sequuntur. In no-  
mine meo demōia eijciēt. Inde ē q̄ paul?  
vocat fidē scutū quo vincunt tela diaboli.  
Eph. vi. In oibz sumētes scutū fidei. Re-  
fert papias in expositiōe sup Iuvenalem  
satira. ij. z idē habet in glo. q̄ numa pompi-  
lio sacrificante cecidit qd̄ dā scutuz de celo  
quod anchille dicitū fuit. datūq̄ est r̄isum.  
q̄ illic foret romanuz imperium vbi illud  
anchille foret fuatuz. **H**uma. xj. alia scura  
fecit vt essent. xij. numero. et q̄ illud qd̄ de  
celo datū fuit maneret occultū. Sic scutū  
fidei de celo datū est p̄ xpm̄. q̄ vbiq̄ncz fu-  
erit. demonū v̄tus extirpabit z imperium  
xp̄i p̄seuerabit. Sunt autē illa scura. xij. p̄-  
pter. xij. articulos fidei. Tali scuto fuit mu-  
nitus daniel. q̄ credēs deo suo liberat? est.  
vj. eiusdē. Tertio fides cōfert opoztoz p̄se-  
cutiōne. Bar. c. xj. Quodcumq̄ orātes pe-  
titis credite qz accipietis. Narrat magister  
in hystorijs q̄ cum Alexander venisset ad  
montes Caspios. Miserunt ad eū filij ca-  
p̄tuitatis. x. tribuū egrediendi licentiā po-  
stulantes. cumq̄ q̄sisset causam cap̄tuitatis.  
accepit eos recessisse a deo israel. vitul au-  
reis imolando. z p̄phetas di p̄dictuz esse  
ideo a cap̄tuitate n̄ redituros. Tūc r̄idit  
Alexander q̄ artius eos includeret. Lūq̄  
infinitis milibz vias p̄cluderet. vidēs hu-  
manum laborē deficere rogauit deum vt  
hoc p̄ficeret. qd̄ z factum est. Un̄ dicit Jo-  
sephus. Deus quid facturuz est p̄ fidelibz  
si tanta fecit p̄o infidelibus. Ad idē Jo-  
han. iij. de regulo qui fidem diminutā ad-  
huc habebat. cuius filium sanauit christ?  
Idem de Lenturione. cuius seruuz chri-  
stus sanauit. **P**ath. viij. Quarto fides cō-  
fert electozū benedictionē. Job. xx. Beati  
qui nō viderūt. Vbi s̄m B̄r. nos etiā su-  
mus signati qui eum quem carne nō vidi-  
mus mente retinemus. **T**ertio caritate  
remediānt tribulatiōes. eo q̄ amanti ni-  
hil est difficile. Un̄ dicit Aplos q̄ caritas  
om̄ia suffert. Videmus in secularibus a-  
uaris q̄ multa patiunt propter imperum  
cupiditatis z feruore auaricie. Incōpara-  
biliter autē caritas est feruetior. quā si quis  
habet. oia libeter patit. Dicit enī Aug. sup  
illud. Ideo dilexi mandata tua sup auruz.  
q̄ caritas magis diligit deū q̄ auruz cupi

ditas. Ex q̄ infero q̄ signū dilectionis est magne ad deū si q̄s magna patitur. ⁊ maioris si maiora.

**Dixi tertio** q̄ r̄ps p̄mittit p̄re  
miū di. In domo  
patris mei. Circa q̄d sciendū q̄ dom⁹ dei  
est triplex. Prima ecclia militās. i. Th. iij.  
Scias quō oporteat te in domo dei p̄uer  
sari. In q̄ domo sunt multi homines tanq̄  
mansiones. in q̄b⁹ deus manet iā p̄ fidem.  
Eph. iij. Habitare xp̄m p̄ fidez in cordib⁹  
vris. in aliq̄b⁹ p̄ fructione caritatis. i. Cor.  
xv. Ut sit deus oīa in om̄ib⁹. Sc̄da dom⁹  
trūphans ecclia. Ps. Replebimur in bo  
nis domus tue. in q̄ tot mansiōes q̄t san  
cti in q̄b⁹ deus manet p̄ gloriā. Tertia do  
mus est ip̄e deus. i. Cor. v. Habem⁹ do  
mū nō manufactā in celis. In q̄ domo ma  
net volūtas hoīs p̄ fructionez caritatis. i.  
Joh. iij. Deus caritas est. ⁊ q̄ ma. in ca. in  
deco ma. ⁊c. In hac domo q̄ est deus multe  
sunt mansiōes. i. diuerse participatiōes be  
atitudinis ip̄i. q̄z qui plus diligit ⁊ pl⁹ co  
gnoscat. maiore locū habebit. ⁊ ita vnus ē  
alio beator. fm̄ q̄d est melius dispositus.  
Templū de fonte om̄ib⁹ cōmuni. de q̄ ta  
men plus accipitur maiori vase q̄ minori.  
licet vnus sit obiectū veritatis. vn⁹ dena  
rius diurnus. Tandē sniam p̄sequitur Ly  
ra in glo. sup illud Exultabūt sancti in glo  
ria. letabunt in cubilib⁹ suis. i. diuersis ḡ  
dibus seu mansiōib⁹. vbi dicit notanter.  
q̄ dicit Ps. de gloria sc̄oz pluraliter cubi  
lib⁹. p̄pter diuersitatē graduum seu p̄mior  
ip̄oz sanctorū. q̄z licet sit beatitudo eadem  
om̄nīū obiectiue nō t̄n formaliter. quia li  
cet om̄es sancti vident deū ⁊ eo fruunt. t̄n  
vnus ip̄m videt clari⁹ altero. ⁊ dulci⁹ frui  
tur ip̄o. Declara. Et hoc infero duo. Pri  
mo q̄ q̄ntū est ex parte diuine essentie in se  
vnus alio nō magis videt q̄ om̄es. q̄z om  
nes eandē vident licet nō totaliter. Sc̄do  
q̄nto est ex parte vidētis vnus alio clari⁹  
videt. fm̄ q̄d magis est dispositus lumine  
glorie ad recipiendū diuinā essentiā. Et q̄  
tertio infero q̄ licet om̄es beati vident di  
uinā essentiā eq̄liter q̄ntū ad eius essentiā  
in se. t̄n non eq̄liter vident in eo om̄ia. sed  
q̄nto q̄s clari⁹ videt tanto plura in ea vi  
dere potest. Sicut quāto clari⁹ nouerit  
q̄s prima p̄ncipia. tanto plures conclusiōes  
ex eis p̄t elicere. **Sec̄do Tho. sup. iij. S̄z q̄re**

ista beatitudo vocat mansio. Rūdet Tho.  
sup. iij. di. cl. iij. q̄ mansio dicit respectu mo  
tus. ⁊ in deo beatitudo q̄ terminat motus  
appetitus tendentis in deū p̄t dici mansio  
⁊ ita diuersi gradus beatitudinis diuerse  
mansiones dicunt. Sed quō attendūt  
isti gradus diuersi mansiōnū. Rūdet. fm̄  
diuersos gradus meritor. Peritū autē  
attendit fm̄ gradū caritatis informans ope  
rationes q̄bus meremur. Et ideo diuersi  
gradus beatitudinis attendunt fm̄ diuer  
sos gradus caritatis. Et hoc infero q̄ licet  
martyrū. doctoratus ⁊ yginias recipiat  
vnam ⁊ eandē aureolam. t̄n ⁊ inter marty  
res nō om̄es eq̄lem habent licet eandē. sed  
ille q̄ fuit fortior in pugna cōtra mundum  
habet maiore. S̄lt̄ inter yginas nō om̄s  
equalē. q̄a ille maiore que plus cauebat oc  
casionē corruptionis q̄s alie. S̄lt̄ inter  
doctores nō om̄es equalē. sed ille maiore  
q̄ sua doctrina magis fugauit vicia de cor  
dibus q̄s alius ⁊c.

Feria secunda Penthecostes. I.  
Sermo LXXVII.

**Deus dilexit**

**M**undū vt filiū suū vnigenitū  
daret. vt om̄is q̄ credit in eū nō  
pereat. ⁊ habeat vitā eternā Joh. iij. Sic  
dicit Aug⁹. in li. supputationū. supputandē  
iij. Iustus est vt creatura laudet creatorez.  
Ipe enī ad laudandū se nos creauit q̄ no  
stris nō indiget laudib⁹. eo q̄ ip̄e c̄trū in cō  
prehensibilis. nullis indiget. ip̄e sibi sufficit  
ens. Licet autē ad laudandū deū hō obliget  
multipliciter maxie t̄n debitor ē laudare de  
um ⁊ gr̄as illi agere. p̄ misericōdia ei⁹ ⁊ inenarr  
abili caritate q̄ nos sic indignos amantē  
saluauit p̄ vnū ⁊ dilectū filiū suū. Sic c̄  
dilexit mundū vt filiū suū vnigenitū da  
ret vt viuam⁹ p̄ eum. De q̄ tā ineffabili do  
uina erga nos misericōdia idē Aug⁹. li. pdictio  
supputationē. ij. gr̄as agens dicit. **Gr̄as ago**  
**deus pietati tue q̄z p̄ iesum xp̄m filiū tuū**  
**dn̄m nr̄m cū pdicti fuisset culpa nra mira**  
**biliter recupasti nos. Gr̄as ago pietati et**  
**misericōdia tibi gr̄as refero ex totis precorū dis**  
**meis. qui semper tuam inenarrabilem du**  
**lectionem quāq̄ miseris ⁊ indignis mira**  
**bili bonitate amare dignatus es. misericōdia**  
**eundem vnigenitum tuum de sinu tuo ad**  
**publicū nostrū saluare nos peccatores et**